

## 55. Invaluit malitia

Piae Cantiones 1582

Anonymus

In - va - lu - it ma - li - ti - a, iam ho - ra  
 De - spi - ci - tur iu - sti - ci - a u - bi - que  
 7  
 ve - spe - ra - rum: Cre - scunt cre - bro vi - ti - a re -  
 nunc ter - ra - rum:  
 14  
 rum mun - da - na - rum, Est con - cors ad sup - li - ci -  
 -a i - ma - go di - - - - vi - na - rum.

2. Ocello lustrat singula Naturae vim pertransiens,  
 Duelloque subtilia sophismatum discutiens,  
 Cum mundi huius machina et gyrum coeli ambiens,  
 Quaeritque sic magnalia seipsum homo nesciens.
3. Amat nunc mundus dulciter honores populares,  
 Erigitque suaviter ad gradus clericales,  
 Fallit tandem breviter quos iam fecit tales,  
 Nec velut pridem nequiter nunc fallit, immortales.
4. Exurgens iam revertere o dulcis mi amica,  
 Emendemus nos hodie ne moriamur ita,  
 Ad pedes Iesu sustine imago insignita,  
 Nil tibi sit amabile nisi ipsa vita.